



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

Quadragesimussecu[n]dus Antistes

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**

halauit Necis autorem, Arnoldū comitem Los  
sensem esse volunt, qui interrex (quē alij Mam  
burnum patriæ, deficiente Antistite vocant cū  
ctis odibilis est depositus. Obiit anno administra  
tionis octauo, sepultus primum in edibus diuz  
Mariæ uirginis, at postea translatus in Collegio  
diui Lamberti. Floruit sub apostolicis uiris, gre  
gorio decimo, Innocētio sexto, Hadriano quin  
to, Ioanne uigesimalimo primo, Nicolao tertio, &  
Nicolao quarto, Imperatibus Richardo & Ro  
dulpho.

**¶** Quadragesimus secundus Antistes

**I**oannes, Guidonis comitis Flandrorū filius,  
Archiepiscopus Metensis, resignata in manū  
Martini quarti Pont. Max. Metensi admini  
stratione, Buchardum idētidem electū, Romæ  
superauit: sed alia parte felicē fecit, dum ei Metē  
sis cura commendaretur. Qui in Antistitem cō  
secratus anno Millesimo ducentesimo octuage  
simo secundo, cū duce Brabantia sororio suo,  
Valkenburgensem arcē obsedit: sed expugnare  
non potuit, & postea discordantibus clero & ci  
uibus Leodinis, inuicēq; fere toto anno tumulo  
uantibus: pacē instaurauit. Deinde Synodū ce  
lebrauit, & articulis pluribus roborauit, qui ha  
ctenus librū non exiguum cōplent, cui nomen  
affixum est Sinodalia Ioannis Episcopi Leodiē

1282.

29. 2

sis, cum Nouerca sua pessime illi cōuenit: cuius  
instigatione: quinq; mensibus captus creditur a  
Lutsemburgensi comite, quū ignorantibus ser  
uulis in syluā Bullonñ diuertisset, sed autorē &  
captiuitatē iureiurando reticere coactus est, neq;  
extra suspicionē, aliquid scitū est. Obijt anno sa  
lutis Millesimo ducentesimo nonagesimo secū  
do, secundo Idus Octobris, anno administratio  
nis vndecimo: sepultus in Flādria. Putatur calcu  
lo perijisse. Floruit sub apostolico Nicolao quar  
to, & Imperāte Radulpho & Adulpho. Vaca  
uit sedes Leodina annis quattuor. Interrege de  
clarato Guidone de Hannonia. Quo tēpore dū  
in Traiecto vtriusq; sexus homines choreas du  
cerent, neq; eucharistiæ sacramento, quod egro  
to a sacerdote deferebatur, honorē darent, pons  
ipse ligneus cui innitebantur, subito diffusus est,  
& in Mosam non minus q̄ ducēti demersi sunt:  
& aquis absorpti.

56.2  
Eugeniū  
207.1.10.

Ultio die  
uina in  
Traiectē  
ses. Louzāt

¶ Quadragesimustertius Antistes

**H**Vgo de Cābilione, ducis Burgūdiæ con  
sanguineus, post quartū annū, diploma  
te Bonifacij confirmatus est, & governa  
culū suscepit anno salutis Millesimo ducentesi  
mo nonagesimo sexto. Qui nobilitate conspicu  
us, & muneri gerēdo accōmodus, vtpote Ep̄us  
Cābolensis, & Arnoldi comitis Auergicū. fili<sup>9</sup>.

K iij